



VONIAM de urbanis arboribus dictū est superiori uolumine: nunc de syluestribus simili ratione indicare debemus; seu aliquid idē cum urbanis, diuersum uel habeāt, seu in totū sui generis existāt. Ergo generationes earū simplices quādam esse intelliguntur, omnes enim semine, uel radice proueniūt: quod ita sit, nō quia uel aliter fieri nequeat, sed forsitan, quod serere quicquid nemo conet. Namque enasci potuissent, si locū idoneū, cultumque congruum adipiscerētur: quemadmodū illae, quae lucos, aquasque desiderāt, ceu platanus, salix, populus, ulmus. Hae em̄ omnia & similia, sata germināt, & celerrime, pulcherrimeque ex auulsione. Quae etiā si quis praegrandē, eamque cū arbore se exaequantē transtulit, perdurare optime potest. Harū maior sanē pars defixa quoque serinuncque recusat, ut populus tam alba, quam nigra. Igitur earum nō solū semine, radiceque generationē, uerum etiā hanc assignare ualemus. Reliquarū autē supradictae notantur, praeterque earum quae semine tantū proueniūt, ut abietis, pini, piccae. Quae uero semen, fructumque ferāt, tam ex radice, quam ex ijs ipsis prodire nimirū possunt. Namque eas quae steriles esse arbitrātur, generare quidā affirmāt, ut ulmū, salicem: argumentumque capiunt, non solū quod pleraque procul radicibus suis erumpāt, uerum etiā in contemplatu eorū, quae interdū euenisse notantur: ut in Phineo Arcadiae, cū aqua quae in plano obstruis faucibus extumuit, demū erupisset, ubi propē a loco inundato salices steterant, hic anno secundo, solo resiccato salices iterum surrexisse affirmant: ubi autē ulmi, iterum ulmos: & ubi pinastra, & abietes, ibidem pinastra, atque abietes: quasi istae quoque illas amularentur.

De salice quae frugifera dicitur, deque platano quae in tripode euenisse narratur. Item aërem rerum omnium semina habere, anniumque inundationem semen afferre. Cap. II



Aeterum salicē celeriter fructum anteque in plenū crassetur, percoquaturque, dimittere asseuerant: quamobrem Homerū haud improbe frugiperdā hanc appellasse inquit. De ulmo uel illud indicium afferunt: cum enim flatibus delatū semen in loca proxima fuerit, nasci arborem aiunt. Itaque simile in his euenire percipitur, atque in suffruticum, & herbarum nonnullis. Quamuis enim semen nullum conspectū habeāt, sed aliae uelut lanuginē, aliae florē, ut thymum, tamen ex his germen emittūt. Iam platanus quidem manifestum semen producit, eoque gignitur, quod tam alijs quam illo praecipue indicio constat: etenim in tripode aëneo, platanus aliquando prouenisse narratur. Haec igitur generationes syluestrium statuendū, atque etiā spontaneas illas, quas uel naturae interpretes reddunt. Anaxagoras enim aërem semina omnium habere, quibus cum aqua unā delatis omnia gigni asseuerauit. Diogenes ex aqua putrescente, misturamque quandā cum terra capeffente, plantas nasci existimat. Cleodemus ex eisdem quidem atque animalia, plantas quoque consistare putauit. Sed quanto est turbidioribus, algentioribusque, tanto amplius animalium priuari constantia & natura. Quin & alij quidam de generatione referunt: sed haec a sensu quodammodo remota esse uidentur. Quaedam uero confesse, conspectaque annotantur, ut cum amnis exundauerit, aut riuo digressus, aut tota unda effusus, ut Nessus in Abderensi agro alueum saepe penumero mutat: & simul ut mutauerit tantū syluae locis cōgenerat, ut intra triennium opaca undique reddat: rursus cū imbres crebriores diutius occupauerint, nam his quoque generationes plantarum fieri solēt. Ergo annium inundatio, semina, fructusque

Etusq; afferre uidetur, & aquæductus, herbacearum semina præbere creduntur. Imbres autem cum hoc idem faciunt, & (semina enim secum plerq; deferunt) tum etiam putredinem quãdam aquæ, terræq; committunt: nam & ipsa terræ ægyptiæ mistura materiam quãdam gignere uidetur. Nonnusq; modò subegeris, mouerisq; solum, familiaria protinus terræ illius emergant, ut in Creta insula cupressi. Fit certe & in minoribus simile: simul enim quæcunq; fuerint mota, herba exit. In semimadefactis autē segetibus, si subnouetur, tribulum emergere aiunt. Igitur hæc quidem mutationem consequuntur telluris, siue seminibus præiacentibus, siue etiam ipsa terra modo quodã affecta, præparataq; ad gignendū. Quod haud absurde forsitan credi potest, humoribus simul interclusis, quorū uis magna est: alibi autē uel ex pluuijs, peculiarem frequentiam syluæ exortam prodidere, ut in Cyrena factò quodã piceo, crassoq; humore. Ita enim proxima sylua surrexit, nuncq; antea uisa. Laserpitium quoq; quod superiori tempore deerat, causa quadam eiusmodi extitisse tradunt. Modi igitur generationum huiusmodi, tales adnotantur.

Differentiæ inter urbanas arbores, & syluestres: fructificatio arborum. Quid cultus, incultusq; faciant. De cedro, & terebintho.

Caput III

Quæque autem aut frugifera, aut sterilia intelligantur necesse est, & aut perpetuò uirentia, aut solia deperdentia, & aut florentia, aut flore carètia: quippe cum in omnibus, tam urbanis quàm syluestribus, publice quãdam istæ diuisiones habeantur: priuatè autem sera fructificatio atq; corroboratio. Item copiosa fructificatio, prima species syluestriū: namq; serius fructus suos perficiunt, atq; in totum florescunt, germinantq; ferè semper serius, naturaq; ualidiora sentiuntur, & plus fructus præmonstrant, minus uero maturant. Ni fortè id & reliqua omnia facere soleant, quæq; cõmune genus sortiuntur, ut oleaster, pirasterq; minus quàm olea, & pirus. Sic enim omnia, præterquam si quid inuentu rarum proueniat, ut in cornis & sorbis: horū enim syluestria urbanis maturiora, suauioraq; tradunt: & si quid aliud culturã non patitur, seu arbor, seu ex minoribus aliquid, ut laserpitium, capparis, & in leguminum genere lupinum, quæ quidē uel natura esse syluestria dixeris. Quod enim mitigari recusat, ut etiam inter animalia est, id natura syluestre iudicandum appareat: quanq; Hippon syluestre, urbanumq; esse unumquodq; putat: & cultu quidē urbanum, incultu reddi syluestre: quod partim recte, partim non recte putat. Etenim quodq; neglectum degenerat, immitescitq;. Sed haud quodq; cultum melius redditur, ut retulimus. Quapropter discernendum diligentius, & quãdam syluestria, quãdam urbana dicendum: ut animalium, quæ non nisi cum hominibus uiuunt, quæq; mansuescere possint. Sed hoc nil forsitan differt, utro tandem modo proponatur. Omne autem immitescens, tum fructu deterius, tum ipsum breuius, & folijs, & ramis, & corticibus, & tota forma efficitur: quippe spissiora, contortiora, durioraq;, tam ipsa fieri solent, quàm uniuersa natura, utpote cum ijs potissimū urbanorum, atq; syluestrium discrimen intelligatur. Quamobrem quæcunq; ex mansuescentibus eiusmodi consistent, hæc syluestria nuncupantur, ceu pinus, & cupressus, aut in totū, aut mascula: quinetiã nux iuglans, atq; castanea. Item eo quod frigoris cupida, montanaq; potius sint. Etenim id quoq; ad arborem, & summatim platarum immansuetudinem assumi oportet, seu per se, seu etiã per accidens. Verum syluestrium determinatio, siue hunc in modum, siue aliter accipi debeat, nil ad rem præsentem fortassis referat. Illud autē uerum, ut nota, absoluteq; subsignemus, syluestria montana potius esse, pluraq; eorum locis eiusmodi magis uigere, nisi quis aquas concupiscentia, secusq; fluuios degentia, & in lucos assurgere solita accipiat. Hæc enim & similia campestribus potius cõnumerantur. Caterum montibus quidem magnis, ut Par

naso, Cyllene, Olympo, Perico, Mysioq; & si unq; locus alius huiuscemodi, nasci omnia certū est, scilicet ratione uarietatis locorum. Habēt enim stagnantia, madētia, sicca, crassa, saxosa, prataq; media omnia penē telluris discrimina. Ad hæc alia concaua atq; trāquilla, alia sublimia & uentis exposita, ita ut permulta, & uaria gignere possint: quæq; planis proueniūt, isti quoq; præstare ualeāt: nil tamen absurdū si qui ex mōtibus nō æque omnia ferāt, sed propria quadā sylua, aut in totū, aut ex maiore parte scateant: ut in Creta insula circa agrū Idæum, cupressus enim ibi exuberat: & in Cilicia, Syriaq; cedrus, nonnuscq; Syriae terebinthus. Fit enim proprietas ex locorum discrimine, sed propriū iam in uniuersum penē exposuimus.

Quæ arbores nō nisi mōtibus nascātur, quæq; perpetuò uiuant.

Cap. IIII

10



Montibus autē propria, quæ nasci in planis nequeūt. Macedoniae abies, pinastrū, picea, aquifolia, tilia, caprinus, buxus, portulaca, taxus, iuniperus, terebinthus, caprificus, philyca, apharca, nux iuglās, castanea, ilex. Quæ uel in plana descendūt, tamarix, ulmus, populus, salix, cornus, alnus, robur, lacara, pirus, pomus, ostrya, celastrus, fraxinus, paliurus, spina acuta, acer, quam in mōte caprinū, uel in plano gallicā uocāt. Quancq; alij aliter distinguūt, & genus diuersum aceris, & caprini faciunt. Omnia uero, quæ cōmunia mōtibus, planisq; habentur, ampliora, uisūq; pulchriora in planis proueniunt, sed usu meliora, tam materie q; fructu in mōtibus: piris, malisq; exceptis: hæc nanq; planis præstātiores nō solū fructu, uerū & materie inspectātur: quippe cum mōtibus breues, nodosæ, spinosæq; assurgāt. Omnes autē etiā in mōtibus, cū adeptæ loca propria fuerint, & pulchriores certe proueniūt, & copiosius ferūt. Sed (ut absolute atq; simplici agā ratione) quæ æqualibus montiū tractibus emigrēt, primatum obtinēt: ex reliquis uero, quæ infimis, cauisq; præstātiores: omniū deterrimæ, quæ cacumine, nisi quid sua natura frigus adamet. Sed hæc quoq; situ inter se dissimili distant: qua de re postea dicendū. Nunc singula secundū prædictas differētias diuidemus. Ergo inter syluestria perpetuò uiuent, quæ primo uolumine retulimus, abies, pinastrū, picea agrestis, buxus, portulaca, taxus, iuniperus, terebinthus, aquifolia, apharca, laurus, suber, quercus, celastrus, spina acuta, ilex, tamarix. Reliqua omnia folia amittūt, præterq; si quid aliq; loco supfluat, quæadmodū de quercu, & platano, quæ in Creta est, indicauimus, aut si qs oīno locus alimēto exuberet. Fructū reliqua quidē omnia ferūt: de salice uero, & populo, & ulmo (ut diximus) uaria sentētia est.

Differentiæ quæ de locis proueniunt: tum de persica & palma.

Caput V



Vidam & populū solā sterilē putant, ut Arcades: cæteras autē omnes, quæ mōtibus proueniūt, fructū parere. At uero in Creta, & populi nigra complures fructificāt. Vna apud adytū spelūcæ Ideæ, qua munera deo dicata conseruātur: altera parua ab ea proxima stat: & ulterius duodecim plurimū stadia ad fontē quædam Sauri dictū, pleraq; sunt, & in monte proximo ab Ida, cui Cedrio nomen: necnon & circa Tiresiam. In montibus alij ulmum tantū ex his fructiferam aiunt, ut Macedones. Discrimen autē ad fœcunditatem, sterilitatemq; summū, uel locorū natura facere potest, ceu in persica, palmisq; patescit. Persica enim in Aegypto, & locis proximis fructificat, quancq; in Rhodo usq; florē dūtaxat deuenit. Palma apud Babylonē fructū mirū in modum largit: in Græcia uero ne fructū quidē maturat, apudq; nōnullos nec fructū ullum ostēdit. Simili modo etiā alta pleraq; huiusmodi percipiūtur: nā & inter minora herbarum, ac reliquæ stirpis humilis, quædam in eadem contermina tellure fructifera, quædam sterilia gignuntur, quæadmodū centauriū in Elio agro fœcundū: quod montuosus æditur, infœcundum: quod planis, flosculo tantū gaudens: quod concauis, ne floret quidē, nisi improbe. Itaq; & reliquorū, quæ unigena cōstent, unamq; appellationem

pellationem fortiatur, aliud fecundū, aliud esse infecundū uidetur, ut ilex. Quædam fructifera, quædā sterilis, & alnus uero similiter, ambæ tamen florescunt.

De syluestrium arborum floribus. De germinatione. De florum, fructuumq; prouentu.

De galla.

Caput VI



10 **E**rè autē omnes, quas inter unigenas masculas uocant, steriles magna uidebuntur ex parte, earumq; alias abūde florere, alias parū, alias nullo pacto florere affirmāt. Contrā inter alias, mares tantū fructificare putatur, uerum ē floribus arbores generari, sicut ex earū fructibus, quæ fructum parere possint, atq; spissum adeo exortū factitari interdum utrinq; ut nisi facta semita, nullus trāsitus sit. Quin & de floribus quarundā sententia uaria est, ut retulimus: quidā enim robur, & nucē auellanam, & castaneā florere existimāt, item pinū & piceam; alij nullā earum, sed uillum nucis, & muscū roboris, & nucamentum piceæ proportionē grossis præciduis respōdere existimāt. At Macedonia incolæ ne illas quidē florere arbitrātur, iuniperum, scissimā agrestem, acerem; nonnulli binas iuniperos esse dicūt, & alterā florere quidem, sed fructum non ferre: alterā nō florere, sed protinus fructū ostendere, ut ficos, poma præcidua. Itaq; penē fieri, ut sola hæc arbor fructū in bienniū habeat. de his igitur amplius cogitandum. Germinatio uero alijs simul, atq; urbanis; alijs mox, alijs iā tardius, omnibus
 20 certo tēpore uerno: sed fructuū diuersitas numerosior est, quod uel antea diximus. Non enim maturitates pro germinationū ratione sequuntur, sed plurimū interest: nam & earū, quæ serius fructificāt, quas nonnulli anno reddere uolūt, ut iuniperi, ut ilicis, germinationes in Vere proueniunt. Unigenæ autē ipsæ pro locorū natura, præpostero inter se discrepant. Etenim quæ paludibus astant, primæ germinant, ut Macedones uolūt: secundæ, quæ planis; nouissimæ, quæ mōtibus. Ipsarum autē singularum arborū, aliæ cum urbanis germinare incipiūt, ut potulaca, aphaarca, pirus: post urbanā paulò, aliæ ante fauoniū, & statim post afflatus fauonij. Ante fauoniū cornus, tā mas, q; scēmina: post fauoniū, laurus, alnus: paulò ante æquinoctiū, tilia, caprinus, fagus, ficus. Quin & nux iuglans, quercus, iambucus mature germināt,
 30 atq; etiā magis quæ steriles, lucosæq; sunt, populus, ulmus, salix: paulò ab his serius platanus. Reliquæ ineunte Vere, ut caprificus, philyca, spina acuta, paliurus, terebinthus, nux iuglans, castanea. Serotino germine mālus est, tardissimo ferē omniū suber, aria, quadratoria, thuia, taxus, germinationes ita se habēt. Florū prouētus (ut ita loquar) pro ratione germinationis sequūtur: differūt tamen, multoq; magis fructus confectio uariat: quippe cornus ferē circa æstiuā solstitia reddit, præcox scilicet: nam ferotina, quam quidā scēminā dicunt, post ipsum autumnū fructificat, huic fructus ingustabilis: lignū infirmū, fungosumq; tanta est inter ambas differētia, cū mari firmissimū sit. Terebinthus circa tritici messē, aut paulò serius semē reddit: fraxinus atq; acer, æstate: alnus, nux iuglans, pitorumq; genus quoddā, autumnō: robur &
 40 castanea serius, nam circa Vergiliarū occasum: eodē modo & philyca, & ilex, & paliurus, & spina acuta, post occasum Vergiliarū. Aria hyemis initio: mālus primis frigoribus: pirus serotina est, quippe quæ hyeme sua perficit poma: potulaca, & aphaarca fructū primū, cum uua dulcescit, maturant: posteriorē, cum floret: bis enim istæ fructiferae hyeme ineunte uidentur. Abies & taxus, paulò ante solstitiū florent. Est abietis flos croci colore, aliasq; pulcher: fructū post Vergiliarum occasum dimittūt. Pinaster, & picea paulò germinatione præueniūt, diebus scilicet circiter quindecim post uergilias: istæ quoq; ratione uidelicet reddūt, sed hæ mediocrius. Omnium autem tardissime iuniperus, celastrus, ilexq;, suos fructus perficiunt. Iuniperus enim anniculum habere uidetur, quippe cum nouus anni exacti fructū occupet: utq; ali

qui uolunt, nec maturari solet, quapropter decerpitur, & aliquantū temporis referuatur. Quod si in arbore relinquatur, marcescit. Illicem quoque semen anno perficitur. Arcades aiunt: simul enim fructum antecedentem maturat, & nouum demonstrat: quamobrem in his euenit, ut assidue fructum habeant. Celastrus quoque ob hyemem fructū amittere proditur, ferotina admodum, & tilia, & buxus. Fructum ingustabilem cunctis animalibus tilia, cornus foemina buxusque gignunt. Quin & edera, iuniperus, pinus, potulaca ferotinae habentur. At uero (ut Arcades uolunt) & in his, & omnibus ferē seriores quadratoria, thuia, taxus. Fructuum iacturae maturitatesque syluestrium arborum tales differentias sortiuntur, non solum si ad urbanas spectantur, uerumetiam si inter se ipsas conferuntur. Euenit autem, ut cum primum inceperint, reliqua germinationem continuent: pinus uero, abies, roburque, intermittat, terque turgeant, ternaque germina aedant: ideo & ter squamosae dicuntur: omnis enim arbor cum germinat squamas corticum spargit. Fit germinatio prima statim mense Februario ineunte: quanquam in Ida monte die maxime xv mensis eiusdem. Tum circiter triginta intermissis diebus, aut paulo pluribus, iterum germinare incipiunt, ab extremo surculi, usque proximum germinis antecedentis. Et quaedam sursum, quaedam in latera circumquaque emittunt, ueluti geniculo facto, surculo primi germinis, quo modo scilicet & prima fieri germinatio solet: idque agitur circa Martium desinentem. Huius germinationis tempore galla quoque omnis gignitur, tam nigra, quam candida: nascitur magna ex parte noctu uniuersa: inque diem aucta, excepta resinacea, si ab aestu occupetur, inarescit, augerique amplius nequit: alias enim magnitudine ampliore grandesceret: qua de causa, earum aliqua non maiores fabis euadunt: nigra uero pluribus diebus uiuet, & magnitudinem mali nonnullae capessunt. Postea diebus circiter quindecim intermissis, rursus germina tertio mittunt mense Aprili, diebus longe paucioribus quam prius, forteque id sex, aut septem diebus summum absoluitur. Sed germinatio similis, eodemque modo efficitur. Quod cum uentum sit, non amplius in longitudinem, sed in crassitudinem, incrementa uertuntur. Omnium itaque arborum germinationes conspicuae, sed abietis, pini que maxime, quoniam genicula in uersus rectos porrigantur, rami que conditi ex a quo spectentur. Ad materiam quoque caedendam tempus nunc potissimum intelligitur, propter amplitudinem corticis. Caeteris enim temporibus cortex facile detrahi nequit, detrahiturque nigrescit materies, aspectuque deformior redditur: nam ad usum quidem non refert, quinimo robustior est, si post fructuum maturitatem caedatur. Haec praedictorum fructuum propria.

Germinationes in arcturo. Quid amentum, & iulus auellan. Qui auctus faciles, & difficiles.

De radicibus syluestrium.

Cap. VII



Germinationes autem, quae ad ortum arcturi post uernum fieri solent, omnibus ferē communes esse putantur, manifestiores tamen in urbanis, atque earum praecipue, fico, uiti, punicae: denique omnibus, quae uberiorius coalescunt, & ubi tellus pinguis, laetaque sit: ob id eam, quae sub arcturo fieri solet, plurimam in Thessalia, Macedoniaque fieri dicunt. Simul enim contingit, ut etiam autumnus placidus, longusque sit. Ita & caeli quoque proffit mollities. Nam & in Aegypto ea de causa, semper ferē arbores germinant, aut certe parum temporis intermittunt. Sed germinationes (ut diximus) communes omnium sunt: intermissiones autem, praedictorum tantum esse intelliguntur: proprium uero nonnullis, & quod amentum appellat, scilicet praedictis: habet enim, & abies, & pinus, & robur, ac etiam tilia, nux iuglans, castanea, picea. Id robori ante germinationem uerni temporis initio gignitur: sit ueluti foliorum conceptus inter antecedentem obstru-

obstruſionem, & ſequentem exortum, medius. At ex proprietate autumnſ, poſtq̄
folia decidere, peculiaria eius cōfeſtim gignuntur, quaſi grauida intumeſcat, ut ger
mina pariat, duretq̄ per hyemem uſque ad uer. Nuci auellanae, poſtquam fructus
decidit, racematum quiddam, uermis prægrandis, magnitudine ſingulari, pediculo
pingue, emergit: quod nonnulli iulum appellant. Hoc ex minutulis ſquamis innu
meris ordine nucis pineae conſtat, ut ſpeciem non abſimilem nuci pineae nouellae,
ac uiridi gerat: niſi quod oblongius, & per totum ſerè pariter craſſum tendat. Hye
me hoc augetur: ineunte Vere dehifcit, & ſquamata illa flauelcunt, & in longitudi
nem uel tripollicarem increſcunt. Cum autem Vere folium exiſtit, iſta decidunt, &
10 nucis caliculacea tegmina totidem quot flores ſuper pediculum contracta gignun
tur, eorumq̄ ſingulis nuceſ ſingulae inſunt. De tilia, & an quicquam aliud amentife
rum ſit, cogitandum. Sunt præterea quaedam auctu faciles, quaedam difficiles: faci
les, quae apud aquas aſſurgunt, ut ulmus, platanus, populus, ſalix: quanquam de
hac nonnulli ambigunt, utpote difficili auctu: & e fructiferis, abies, pinus, robur:
omnium facilima taxus, lacara, fagus, iuniperus, acer, caprinus, oſtrya, fraxinus, al
nus, picea, potulaca, cornus, buxus, pirus. Fructificant protinus, abies, pirus, picea,
etiam ſi in quantumlibet magnitudinis creuerint. Auctio uero, ac germinatio reli
quis incerta eſt tum modo, tum germine. Sed abieti certa, & continua, atq̄ præpo
ſtera. Cum enim primum ſciſſum de caudice fuerit, ruruſ de eo alterum ſinditur,
20 idq̄ aſſidue factitatur, poſt quencq̄ germinationis ſuperuentum: at cæteris ne rami
quidem aduerſe conditi inter ſe conſtant, paucis quibuſdam exceptis. Illud quoq̄
differentiae incrementum communiter omnium pariter urbanarum, atque ſylue
ſtrium habere uidetur: quaedam enim ex cacumine, & latere germinant, ut pirus,
punica, ficus, myrtus pars ferme maxima: quaedam non cacumine, ſed latere tantu,
& ipſum, quod præſit, propellitur, ſicut etiam caudex totus, ramiq̄ prægrandes au
geri conſueuerunt. Fit hoc in nuce iuglande, & auellana, & quibuſda alijs, quarum
omnium germina in folium unum finiuntur. Qua de cauſa ratione optima nullum
germen ſuperuenit, quo creſcere poſſint, cum deſit augendi principium. Frumen
tis quoq̄ incrementum quodammodo ſimile: hæc enim protrufu corporis ſui præ
30 ſentis aſſidue creſcunt, etiam ſi folijs diminuantur, ut in depaſtis ſegetibus pateſcit:
nec de latere quicquam emittunt, ut legumina aliqua faciunt. Igitur hoc pro germi
nationis, ſimulq̄ auctioſis differentia capi poteſt. Sylueſtria uero alta eſſe radice
quidam negarunt, quod ſemine omnia proueniant, ſed nõ recte. Nam fieri poteſt,
ut cum diutius uixerunt, radices procul demittant: nam & olerum plura hoc idem
faciunt, licet hæc imbecilliora ſint, atque indubie ſemine terrae ſummiſſo oriantur.
Omnium itaq̄ ſylueſtrium alta radice deſcendere ilex uidetur: abies, pinusq̄ mo
dica: thraupalus, & prunus, & ſpodias, quae uelut ſylueſtris prunus habetur, ſu
perficie uiuacior: ſed hæc uel paucis adhærent radicibus, thraupalus autem mul
tis. Et accidit cæteris, quae non in profundum radicem agunt, præcipueq̄ abieti,
40 pinoq̄, ut radicitus flatu euertantur. Arcades ita referunt. Idæi abietem altius,
quam robur radice deſcendere uolunt, uerum ſimpliciore, meatuq̄ rectiori: pru
numq̄, nucemq̄ auellanam, altiffimam radicem habere inquit: ſed auellanam
tenuem, atq̄ robuſtam, prunum numeroſam. Ambae tamen diutius uiuant opus
eſſe: prunum etiam emori contumacem referunt. Acerem ſuperficie aliquatenus
gaudere. Fraxinum numeroſiorem, denſam, altamq̄ fortiri. Iuniperum quoq̄, ce
drumq̄, per ſumma inniti, & alnum tenuem agere. Item ſciſſimam: nam ea quoq̄
ſummotenus, paucisq̄ radicibus degit. Sorbo radix per ſumma ceſpitem, ſed uali
da, craſſa, moriq̄ contumax, multiplex tamen modice. Hæc alta radice deſcendere,
ſuperficieq̄ gaudere notatur.

Quid quibus caudice præciso contingat. Crateres ex eo, quod abietis circumagnationem uocant.
De multiplicitate fructuum eiusdem arboris. De ulmo, & galla duplici. Cap. VIII



Audice præciso, reliquæ quidem omnes penè recreſcunt, niſi radices antea morbo infeſtatae fuere: pinus uero, & abies radicitus omnino, anno eodẽ inareſcunt, etiam decifo cacumine. Euenit peculiare quidam abieti: cum enim præciſa, uel aliquo pacto diminuta afflatu fuerit, circa leuem partem ſui caudicis (habet enim quadantenus leuem, enodem, ſimilem, ac etiam æquiparandam nauiculæ) mox circumnaſcitur paulo excellitate inferius, quod quidam circumauſtionem, alij circumagnationem appellant, colore nigrum, duritiã ultra modum, ex quo crateres Arcades cõficiunt. Craſſitudo talis, qualem arborem eſſe cõtigerit, quo ſcilicet robuſtior, uegetiorq̃, uel plenior, eo craſſior. Illud quoq̃ peculiare hac eadẽ in re abieti accidit: cum enim ramis omnibus ablatis, cacumen decideris, mox emoritur: cum uero inferiora proxima leui illi parti præcideris, quod reſtat, uiuit, & agnatio, quam modo dixi, circũ id fieri aſſolet: ſcilicet quia uegetius, ac uiridius eſt. Si quidem e latere, nunq̃ recreſcit, neq̃ ab imis plantigera abies ſurgit. Sedenim proprium id abietis eſt. Ferunt reliquæ ſui generis fructum, & quæ annuatim renaſcuntur, illa folium, florem, germen: nonnullæ etiã muſcum, aut clauiculam. Quibuſdã datum à natura eſt, ut plura producant. Ulmus enim uuas affert, & folliculos quosdam. Ficus groſſos præciſuos, & caprificos, ſi quæ inter ficos caprificare conſueuere, ni forte pro genere fructuũ hæc cepiſſe oporteat. Nux auellana iulum callo compactili, Ilex granũ puniceum, Laurus uuam, & fructifera: quanquam non omnis, ſed genus quoddam: uerum ſterilis copioſius, quam maſculam nonnulli appellant. Pinus nucamentum præciſuum. Robur omnium copioſiſſime, præter fructum, alia gignit. Nam gallam paruulam, atq̃ alteram reſinoſam, & nigram: quin & aliud ſpecie ueluti morum, ſed durum, & fractu admodum difficile: id tamen rarum. Ad hæc aliud, effigiem colis repræſentans. Cum uero perficitur, durum quid parte emicante, & perforatum, & tauri caput quodammodo æmulans profert, quod præruptum, nuclei oleæ ſpeciem intus oſtendit. Fert & quod quidã pilum appellat. Id pilula eſt, comam gerens lanaceam, mollem, nucleo durior, qua in lucernarum luminibus utuntur, flagrat etenim probe, ut galla nigra. Fert & alteram comigeram pilulam, cæterum quidem inutilem, uerno autem tempore, ſucco melligeno inſicientem tum tactu, tum guſtatu: inq̃ ramorum aliſ pilulam aliam gignit ſine pediculo, concauoq̃ ſeffilem, peculiarem certe, uerſicoloremq̃. Nam eminentes quosdam umbilicos candicantes, uel paſſim uariantes nigris maculis habent. Partem mediã grani tinctura infeſtam, ſplendidamq̃ oſtendit, aperta, nigra, & putricans cernitur. Lapillum quoq̃ puniceum magna ex parte gignit, quanq̃ raro. Item aliam eo rariorem pilulam e folijs conuolutam, compreſſam, atque oblongam. Super folijs uero tergo adhærentem pilulam fert candidam, aquoſam, dum tenera eſt: hæc etiam muſcas interdũ intus continet, ueniensq̃ ad incrementum iuſtum, in modum leuis paruulæ gallæ indureſcit. Robur tot, præter fructum producit.

Fungi e robore, uifcum, humor melleus. Mas & ſœmina in arboribus. De fago. De roboris generibus. Differentie in glandibus. De cerro. De gallis. Cap. IX



Vngos enim omitto, qui e radicibus, & iuxta radices erumpunt: communes enim eos cum cæteris habet arboribus. Quinetiam uifcum taſceo, quippe cũ in alijs quoq̃ proueniat, ſed nihilominus (ut dictũ eſt) ferax hæc carbos habetur plurimarũ. Sin autẽ, autore Heſiodo, mella, apesq̃ ferat, magis quoq̃ illud confirmatur. Ergo naſcitur uel hic mel leus

leus humor cœlo cadens, nec alijs magis insidens frondibus. Quin & cremati roboris nitrosum cinerem esse affirmant, hæc roboris propria. Arborum uniuersarū, ut dictum est, quo ad genera sigillatim accipi possint, plures sanè differentie intelliguntur: publica tamen, qua foemina, masq; distinguuntur: quorum alterum fructiferū, alterum sterile in alijs est: ubi uero ambo fructifera, fructū meliorem foemina præstat, nisi fortè mares eas libeat uocitari: sunt enim qui ita uocant. Proxima huic differentia, qua urbanū à syluestri discernitur. Aliæ uero per species unigenerū ipsorum redduntur, de quibus nunc indicare debemus: proprias quoq; formas simul persequendo illarum, quæ minus conspectæ, notæq; habentur. Roboris genera, id enim potissimo diuidunt, & quidam obiter, aliud urbanum, aliud syluestre appellant: nõ dulcedine fructus distinguendo: nam dulcissimus fago, quam reddunt syluestrem: sed quoniam cultis magis proueniat, lignumq; leuius habeat: fagus autem scabra, montuosisq; nascens. Ergo genera, alijs quaterna, alijs quina assignant. Cæterū nonnulla nomine discrepant: ut eam, quæ glandem dulcissimam fert, alijs quercum, alijs placidam uocant. Quod idem etiam in cæteris faciunt. At ut Idæi diuidere consueuere, genera hæc roboris habentur: placida, cerrus, latifolia, fagus, falsicortex, quam alijs recticorticem uocant, omnia fructifera: sed dulcissima glans fago, uti retulimus: secunda placidæ, tertia latifoliæ, quarta falsicortici, ultima & amarissima cerro: sed non singulis cuiusq; generis dulcis, sed etiam amara nonnullis, ut in genere fagi uideri licet. Distant etiam magnitudine, figura, coloreq; glandium. Peculiare fago, & falsicortici, quod ambæ in genere dicto uirili, glandes parte postrema utrinq; lapide scunt: alijs in putamine, alijs in carne ipsa: ideoq; detractis lapillis, concaua perinde, atq; in animalibus relinquuntur. Folio quoq; caudice, materie, totaq; specie distat: namq; placida non erecta, nec leuis, nec excelsa est: quippe quæ corpore in orbem comoso, contorto, sinuosoq; stet, ut nodosa, alofaq; assurgat. Materies robusta, uerū infirmior, quàm fago: hæc enim robustissima, putrediniq; nulli obnoxia est: sed nec ipsa erecta, quanq; minus torta quàm quercus. Caudice uero crassissimo constat, ut tota quoque breuis species reddatur. Nam eius etiam corpus in orbem comosum, minimeq; erectum est. Cerrus rectissima, excelsissima, leuissima & materie per longitudinē robustissima, nunq; in cultis, aut rarerer nascens. Latifolia secunda tum rectitudine, tum excelsitate, at ad ædificiorū usus post falsicorticem deterrima. Ad cremandum quoq; carbonemq; faciendum uitij obnoxia, sicut & falsicortex: quin & maxime, post illam tamen putrescit. Falsicortex enim crasso quidem caudice, sed fungoso & cauato: si crassus sit, magna ex parte cernitur: quapropter ædificijs minus hæc utilis habetur. Item breui putrescit, quod ex natura eius arboris accidit: qua de causa concaua & inanis reddit. Sunt qui & corde hanc solam carere uolunt, & fulmine solam iaci, quamuis non altitudine excellat. Aeolum quidam nec ad sacrificia lignis eius utuntur. Hæc pro materie uniuersæ speciei modo discrimina intelliguntur. Gallas singula ferunt genera, sed quercus tantum ad coria utilis, cerri, latifoliæ, uisu quidem haud absimilis quernæ, nisi quod leuior, sed ad rem nullam utilis: fert & alteram, nigram, qua lanæ inficiuntur. Quod autem penem quidā appellant branchijs simile cerrus sola producit, canum, mucosumq; cubitali longitudine pendens, ceu uillus lintei proluxus: nascitur id è cortice, non è furculo, unde glans: nec è gemma, sed à latere supernorum nodorum. At uero falsicortex id nigricans, pusillumq; gignit. Idæi hunc in modum distinguere solent.

Alia glandiferarum distinctio. Quæ arbor improba ad carbonem faciendum. De pinorum generibus. De picca, abiete, taxo, ostra, tilia: deq; flore, & fructu tilie. Cap. X.

d



Acedones quaterna genera faciunt: Veriquercum, quæ glandem dulcem producit: æsculum, quæ amaram: fagum, quæ rotundam: cerrum, quam alij sterilem dicunt: alij fructū uitiatum adeò ferre, ut eum animalium nullum mandere possit, præterq̄ sues: & hos, cum aliam nullam habent: magnaq̄ ex parte caput tentari. Materies quoq̄ improba, & laborata quidem, omnino inutilis: rumpitur enim, & cadit: rudis autem melior, ob id sic ea utuntur. Improba etiam ad cremandum, & ad carbonem faciendū: quippe cum carbo eius omnino inutilis, quod transiliat scintilletq̄, præterq̄ in ararijs officinis. His enim utilior cæteris hic habetur. Quod enim flatu desinente protinus extinguatur, paucus absumi potest. Salsicorticis materies ad axes, similiaq̄ tantum commoda est, roboris genera hæc assignant. Sed cæterarum pauciora sanè adnotant: partemq̄ ferè plurimam mare, ac foemina discernunt, ut indicauimus: præterquam in paucis, inter quæ & pinus habita est. Pinorum enim aliam urbanam, aliam syluestrem assignant. Syluestris binum statuunt genus, quorum alterum idem am, alterum maritimam uocant. Harum rectior, celsior, materieq̄ crassior idæa: folio tenuiori, imbecillioriq̄ maritima, & cortice leuiori, utiliq̄ ad coria: quod alteri minus. Nux maritimæ rotunda, breuiq̄ dehiscens: idæa oblongior, uiridis, minusq̄ hiscens, tanquā syluestrior. Lignum maritimæ ualidius, nam eas quoque terrenorum differentias sumi par est: haud enim incognitæ sunt usus causa: idæa ramosior crassiorq̄ stat, ut retulimus. Ad hæc picem ipsa omnino copiosius præbet. Pix nigrior, dulcior, tenuior, odoratuq̄ gratior sentitur, dum cruda est: decocta uero deterior euadit, quoniam multum habeat serum. Sed quæ isti nominibus proprijs distinguunt, alij mare, foeminaq̄ diuidere solent. Macedones uero etiam genus quoddam pini sterilem dicunt, & marem breuiorem, folioq̄ duriorē: foeminam proceriorem, folijs pinguem, mollem, procliuioremq̄. Mari lignum circuncincta medulla durum, & operi fabrili uersuale: foemina tractatu omnino facile atque mollius. Quod quidem omnium ferè marium, foeminarumq̄ publica differentia est, ut cæsores materię asseuerant. Quippe omnis mas securi breuior, & contortior, operiq̄ difficilior est, coloreq̄ nigrior: foemina procerior atque facilior. Nam & quod ægidem appellant, pinus foemina gignit. Id autem est cor eius. Ratio, quod minus pinosa, minusq̄ tedarum ingerens, & leuior, cursuq̄ uenarum probior est. Fit in arboribus magnis, cum prostratæ parte candida, & circinante putruerint. His enim detractis, medullæ relictae securis adigitur. Est decolor omnino, neruoq̄ tenui compacta, quam Idæi tedarij ficum appellant. Quod uero pinis subnascitur, colore tedarum rubidius maribus potius inest, odoris grauissimi, nec tedarum redolens, nec flagrans, sed ab igne dissiliens. Igitur genera pini hæc assignant, urbanum, atq̄ syluestre: syluestrisq̄ marem, & foeminam, ac tertiam sterilem. At Arcadię incolę, nec sterilem, nec urbanam pinum appellant, sed piceam. Etenim caudicem euidentiore esse piceę, utpote, qui gracilitate non careat, & operibus ipsam materiam ineptam: nam pini materies & crassior, & leuior, & excelsior est. Folia quoq̄ pinū multa, pinguia, alta, flexaq̄ habere: piceam autē etiam coniferam ipsam, pauca, squalidiora, horrentioraq̄. Piceā item euidentiorē: paucā enim, atq̄ amaram, ut etiam coniferam: pino autē copiosam, boniq̄ odoris. Nascit̄ picea in Arcadia pauca, sed circa Elium agrū multa. Igitur in genere toto discrepare uidentur. Picea uero ea quoq̄ ratione distare à pino uidetur, quod pinguior, folio tenuior, magnitudine minor, erectaq̄ minus assurgit: præterea, quod conum minorē, horridiorēq̄ nucleū, resina rosidiore ferat. Ambabus folia capillata, & materies candidior, similitiq̄ abieti, atq̄ in totum minus pinosa. Magnā & hanc ad pinū differentiā habet: pinū em̄ adustis radicibus nunq̄ regerminare, piceam regerminare quidem affirmant, ut in Lesbo accidit in censo

censo monte Pyrrhæo, qui piceis scatet. Morbum pinis accidere talem Idæi incolæ
 narrant: cum non solum cor, sed etiam pars externa caudicis in tedam transuerit,
 tunc strangulari quodammodo: quod sponte accidit ubertate arboris largissima, quo-
 ad quisque coniectare possit. Teda enim totum efficitur. Ergo hæc pini propria affe-
 ctio est. Abies quædam mascula, quædam femina est. Distant inter se folijs: mari enim
 acutiora, magisque pungentia, flexaque magis: quamobrem aspectu crispior tota ar-
 bor uidetur. Quin & materia differunt: nam feminae candidior, mollior, operibusque
 facilior, atque totus caudex procerior: mari autem uariator, latior, durior: medulla re-
 fertior, atque in totum aspectu deterior. Nuci maris pauci nuclei parte priore insunt:
 10 feminae nulli omnino, ut Macedones referunt. Folium pinnatum, atque in angustis
 tendens, ut tota species concameratum sanè imitetur, simileque potissimo cyathis
 Bœotorum appareat: densum adeo est, ut nec niuem, nec imbrem transmittat. In
 summam, arbor forma decora est, quippe germinatio quædam peculiaris nunc præ-
 ter alias agitur (ut retulimus) solaque ordinem seruat. Est magnitudine excelsa, lon-
 geque pino procerior. Distat etiam ligno, non paulum: nam abieti neruosum, molle,
 leueque: pino autem tedaceum, ponderosum, atque carnosius: nodi plures pino, sed
 duriores abieti. Quin & reliquis omnibus ferè duriores, quamque mollius lignum est.
 Ad summam, nodi densissimi, solidissimi, patientioresque abieti atque pino: coloreque te-
 dae proximi, & maxime sui generis, pinoque magis, quam abieti: habet ut pinus ægi-
 20 dem, ita abies album, dictum Iussion, ueluti ægidi respondens, nisi quod id habet al-
 bum. Aegis uero, gratius colorata est, quoniam tedam gerit. Spissum hoc & candi-
 dum, pulchrumque, ex arboribus iam uetustioribus gignitur, sed frugi, inuentu ra-
 rum, uile, copiosum. Faciunt ex eo tabellas pictorias, atque codicillos plures, lautio-
 resque, & materie præstantiores. Arcades ambo ægidem uocitant tam pini, quam
 abietis, & copiosorem esse abietis uolunt, sed meliorem pini. Abietis enim totam
 commodam, leuem, spissamque: pini uero exiguam & crispioram, robustioram, in to-
 tumque meliorem. Sed hi nomine inter se dissentire uidentur: abies uero differentijs
 illis à pino distinguitur, ac etiam circumauctione, siue agnatione, quam superius di-
 ximus. Scissima nullas penitus differentias habet, sed ferè æquiparatur abieti: sim-
 30 plex genere est, erecta, leuis, enodis, crassitudine, altitudineque æqualis ferè abieti.
 Quin & cætera non absimilis est: lignum coloratum, robustum, neruatumque: cortex
 leuis, folium crassum, bifidum, oblongius, quam pino, extremo aculeatum: radices,
 nec multæ, nec alte descendentes: fructus leuis, glandeus in calice echinata, placida
 tamen, & leui, non hispida, ut castaneæ, similis tamen illi dulcedine, atque succo. Na-
 scitur etiam montibus candida materie, quæ ad multa perutilis: etenim ad carpen-
 ta, lectos, subsellia, mensas, nauigiaque: campestris nigra, & ad hæc minus utilis, fru-
 ctum tamen similem ferunt. Taxus quoque genere simplex, procera, auctu insignis,
 similisque abieti, nisi quod non pariter excelsa, magisque alis sinuata est: folio quoque
 abieti similis, sed pinguior, molliorique ligno. Quæ in Arcadia nascitur, nigro, aut pu-
 40 niceo constat: quæ autem in Ida, flauo, & cedro simili: propter quod uendentes, frau-
 dare dicuntur: tanquam cedrum uenundent. Totum enim cor esse cortice detracto. Corti-
 cem similem cedro habere, tum scabricia, tum colore: radices breues, graciles, per sum-
 maque cespitum: rara hæc circa Idam. At in Macedonia, Arcadiaque, uel fructum abun-
 de proferre, rotundum, faba paulo maiore, colore ruffum, tactu mollem aiunt: quod
 si iumenta folia comederint, emoriuntur: si ruminantia, nihil patiuntur: fructus &
 ab aliquibus hoibus manditur, suauisque est, atque innoxius. Est & ostrys species sim-
 plex, quam nonnulli ostryam uocant: tam corpore, quam cortice scissimæ uicina, folio pi-
 ni, præterque quod id multo oblongius, inque acutum depressius, atque maius, neruo mul-
 tiplici de medio constans, Reliquis autem rectis in modum costarum tum prolixius,

tum crassius porrectis: item per neruos rugatum, & ambitu leuiter ferratum: materies dura, decolor, exalbida: fructus pusillus, oblongus, ordeo similis, colore flauus: radices sublimes: aquas conuallesq; arbor hæc gestit. Domum inferri minime idoneam tradunt: quippe mortiferam esse, & partus quacunq; fuerit, difficiles reddere. Tilia quædam mas, quædam fœmina: distant inter se tum materie, tum totius corporis forma, & quod altera fructifera, altera sterilis. Nam materies mari, dura, flaua, nodosior, spinosiorq;: fœminæ candidior: & cortex mari crassior, detractusq; inflexibilis propter duritiam est: fœminæ candidior, flexibiliorq;, ex quo cunas faciunt. Item fœminæ odorator, & mas sterilis, nulloq; flore est: fœmina, & florem, & fructum gignit. Flos calicula intectus præter folij pediculum, amentumq; futurum, 10 pediculo altero annexus, uiridis, dum in calicula est: detectus autem leuiter flauus: floret cum urbanis: fructus oblongus, orbiculatus, magnitudine fabæ, similis ederae acino, quinis angulis, ueluti neruis eminentibus, inq; acutum, cum sese contractibus partitus, qui scilicet maiusculus est, minutiusculus autem confusior constat. Cum ille maiusculus scabitur, paruula quædam, ac prætenuia semina, quanta atriplicis emittit, folium & cortex dulcia, suauiaq;: folium forma ederaceum, nisi quod in angulum acutiorem rotundatur. Et quanquam iuxta pediculum curuatius, tamen de medio in acutius coactum prætendit, seq; prolixius protrahit, crispum in orbem leuiter atq; ferratum. Medullam exiguam materies continet: nec multo reliquo molliorem corpore, nam & reliquum ligni molle est. 20

Aceris, & fraxini genera.


Cap. XI



Ceris (ut retulimus) alij bina, alij terna genera statuunt. Vnum, quod communi generis nomine acere uocant: secundum caprinum, tertium lectirotariam, uidelicet, ut Stagiritæ distinguere solent. Caprinus uero ab acere distat, quod aceri candida, atq; neruata materia, caprino autem flaua crispaq;, ampla ambabus: platano in fidendo similis. Venis enim in longum fluctuat, sed gracilior, macilentior, mollior, longior. Omnia eius fissa in acutum compressa, abscinduntur. Nec ita semifissa, sed summum potius præfissa multineruia minus sunt, quam pro sua magnitudine esse debeant. Cortice paulo scabri- 30 ori, quam tilia uestitur, subliuido, crasso, spissioriq; picea, inflectiq; contumaci. Radices paucas & sublimes, crispasq; ferè magna ex parte tam flaua, quam candida gerit. Riguis potissimo nascitur, ut Idæi uolunt, inuētūq; rara est. De flore nasci aiunt fructum haud ualde oblongum, & paliuro similem, uerum oblongiorem assignant. At uero Olympi incolæ caprinum montanam potius esse uolunt. Acerem planis etiam nasci, atq; nascentem in monte flauam grate coloratam, crispam, & solidam esse, qua ad opera lautiora utuntur: campestem uero candidam, rariorem corpore, minusq; crispam, quam nonnulli gallicam, non acerem uocant: marisq; materiem crispiorē esse, atq; cōtortam, & planis eam potius nasci, germinareq; maturius. Duo & fraxini genera, quorum alterum excelsum, procerumq; est, lignum candidum, cras- 40 siuenium, neruatum, mollius, enodius, crispiusq; habens. Alterum humilium, minus auctile, scabrius, durius, flauius. Folia laurinis, lauri latifoliae similia, in acutius tamē coacta, & ambitu leuiter ferrata, ac subsidencia. Ramulus totus, quē folium unum putaueris, quoniā simul cuncta folia ferat, singulari pediculo, & singulis folijs coniugatim, ueluti per genicula pendentibus constat: amplo interuallo coniugationibus distinctis, similiter atq; in sorbo. Sunt alijs breuiora internodia, coniugationesq; pauciores: alijs utputa candidis longæ, pluresq;, & singula folia oblongiora, angustiora, coloreq; porracea: cortice leui, spisso, tenui, coloreq; rubro integitur: radicibus crebris, crassis, sublimibusq; adhæret. Fructum Idæi nullum hanc habere existimant, 20

mant, atq; etiam flore carere. Fert tamen in siliqua fructum minutum nucis modo, qualis amygdalæ, gustu subamarum. Fert & alia quædam ueluti muscos, quemadmodum laurus, uerum magis adstringentia gustum, singulaq; per se in orbem circumacta platani pilorum specie. Horum alia circa fructum, alia multo semota exeunt. Quin & implicamina quædam eodem modo nascuntur. Leuis illa locis potissimo concauis, madidisq; emigrat: scabra, siccis, atq; saxosis. Quidam alteram fraxinum, alteram bubulam. Fraxinū uocant, uidelicet Macedones. Maior, & rarior corpore bubula est, ob id minus crispa. Est enim omne campestre leue: montanū autem omne, scabrum. Quæ montibus nascitur, colorata, leuis, robusta, lentaq; est: 10 quæ in planis, decolor, rara corpore, scabraq; assurgit. Ad summam, arbores fere omnes, quæ tam montibus, quam planis eadem proueniunt, monte coloratæ ualde, candidaq; assurgunt, ut scissima, ulmus, reliqueq;: plano autem rariores corpore, pallidiores, deterioresq;: præterq; pirus & fraxinus, ut Olympi incolæ uolunt. Hæ nanq; in planis cum fructu, tum materie præstant, quippe montibus scabræ, spinosæ, nodosæq; proueniunt: planis autem leuiore, fructumq; dulciorem, carnosioremq; ferunt: uerum magnitudine campestres semper excellunt.

Quod cornus mascula, & foemina. De cedro. Quotq; mespilorū,
& sorborum genera. Cap. XII

20  Ornus quædam mascula, quædam foemina, quam & foemnicornū uocant: habet foliū amygdalæ, nisi quod pinguius, crassiusq; corticē neruosum, & tenuem: caudicem non nimis crassum. Cæterū foemina uirgas paruas, sicut amerina, suo latere profert, & fruticosior est: nodos ambæ, perinde ac amerina tum geminatos, tum inuicem congruos habent. Materies maris excors, totaq; solida, cornibus spissitate, firmitateq; similis: foemine uero medullā continet, & mollior est, atq; cauatur: od id ad uenabulorū usum inutilis. Maris longitudo duodenorum maxime cubitorum, quanta uenabulorū macedonicorū longissimorum est. Caudex enim totus nulla excellentia extat. Qui Idam Troianam incolunt, marem sterilem dicunt, foeminā autem fructuosam. Nucleum fructus oliuæ similem habet, gustu dulcis, odoratuq; gratus: flos oleæ: & floret, fructificatq; eodem modo, ut singulari pedicula plura proferat. Tempore quoque ferme conueniunt. At Macedones ambas fructificare affirmant, sed foeminae fructū ingustabilem esse: radices autem modo amerinarum habere ualidas, & nulli pernicipi obnoxias. Nascitur etiā in humidis locis, nec tantum in siccis: prouenit semine, atq; auulsione. Cedrum quidam binam esse affirmant, alteram lyciam, alterā punicam: alij simplicem dicunt, scilicet qui Idam incolunt: est iunipero non absimilis: sed folio maxime distat, quippe cedro durum, acutum, spinosumq;: iunipero mollius: excelsior quoq; iuniperus nasci uidetur. Cæterū alij nominibus minime diuidunt, sed ambas cedros appellant: cedrum tamen cum additione, cedrum acutū 30 nuncupant: ambæ nodosæ, alosæ, & materie tortuosæ: uel potius iunipero parua, spissaq; materies, breuiq; putrescens, cum cæsa fuerit, cedro maxima ex parte corde referta & putredinem nullam sentiens: fructus cedro odoratus, pulcher, gustatuq; suauis, iunipero cætera quidem similis, sed niger, gustuq; astringens, ut præ nimia acerbitate, propè ingustabilis sit: durat in annum, tum cum alter subnatus fuerit, præcedens decidit. At ut Arcades uolunt, fructus simul retinet ternos, id est, anni proxime exacti nondum maturum, & tertij ante præsentem iam maturum, atq; gustabilem, & tertium nouum ipsum demonstrant. Satyrus ambas sine flore sibi rusticos attulisse inquit: cortice cupresso similes uidebantur, uerum scabriore. Radices raræ corpore ambabus, atq; per summa telluris dispersæ. Nascuntur saxosis, &

frigidis locis, & solum eiusmodi quarunt. Mespili tria genera, anhedon, satanea, galatica, ut Idæi diuidere consueuerunt. Fert satanea fructum grandiorē, candidiorē, solutiorē, lignumque intus mollius habentē: reliquæ minorem, sed odore præstantiorē, magisque gustu astringentē, ita ut seruari diutius possit. Lignū quoque his spissius, flauiusque: cætera autem simile. Flos amygdalæ omnibus, uerum non ruffus, ut illi, sed propè uiridis: magnitudine arbor ista excellit, gyroque comatur: folium magna ex parte infissum, quæ uel apium parte postrema imitantur, ampliore figura: quodque promissum neruosum, apio tenuius, oblongius, totumque circumtūsum est, & pediculo tenui, ac longo dependet: antequam decidat, uehementer rubet: radice numerosa, altaque arbor cohæret, ob id diuturna, & inextirpabilis est: lignum quoque spissum, solidum, nullamque sentiens putredinem habet. Nascitur & semine, & auulsione. Morbus earum, ut senescentes uermibus erodantur. Vermes isti grandes, & alij, quam qui in reliquis cernuntur arboribus. Sorborum duo genera dicunt, foeminam fructiferam, & masculam sterilem. Cæterum fructibus differunt, quod aliæ orbiculatæ, aliæ ouatum ferant: distant & succis, nam omni quasi ex parte odoratiores, dulcioresque orbiculatæ sentiuntur: ouati sæpenumero acidi, minusque odorati: folium ambabus totum prolixo, neruaceoque pediculo constans. Singula uero in uersum condita, modo alæ lateribus exeunt, tanquam ex omnibus unum exultet, ad neruum usque laciniatum, uerum inter se ampliusculo singula distant. Decidunt non paulatim, sed simul tota illa alata facies. Sunt in uetustioribus, breuioribusque pauciora. Omnibus in postremo pediculi folium impar prominet, ut etiam cuncta numero impari abfoluant. Figura laurum tenuifoliam imitantur, uerum ambitu ferrata, breuioraque sunt, nec in extremum acutum mucronata, sed in rotundius orbiculata. Flos racematim singulari pediculo, est multis minutis, & candidis constans. Fructus quoque cum large fructificatur, racemi modo aceruatus producit. Quippe multa eidem cohærent pediculo, ita ut faui quodammodo speciem gerat. Eroditur à uermibus super arborem, crudus adhuc, magis quam mespila, pyraque, quamuis hic maxime omnium sit acerbus. Ipsa quoque arbor uermibus obnoxia est, atque ita senescens exarescit. Et uermis eius peculiaris, ruffus, pilosus. Noua admodum fructificat: etenim trima continuo parit. Autumno cum folium amiserit, protinus amentaceum gerit pediculum, pinguem, ac turgidum, quasi iam parturiat: germina itaque hyeme perdurant. Aculeis tam sorbus, quam mespilus caret: cortice leui, pinguiusculo: colore ad flauum albicante, nouæ uestiuntur: annosæ autem scabro, nigroque. Præstat hæc arbor magnitudine, rectitudineque: coma concinna ornatur, quippe magna ferme ex parte nucis pineæ figuram suo uertice capit, nisi aliquid impediatur. Materies solida, spissa, colorata, ualida. Radices haud multas, nec alte descendentes, ualidas tamen, & crassas, & incorruptibiles agit. Nascitur radice, auulsione, semine: solum gelidum, atque humectum querit, quo tamen uiracior, abolerique contumacior, tamen montibus etiam nascitur.

De ceraso, flamma Iouis, sambuco, salice, & eius generibus.

Cap. XIII

49



Arbor natura peculiaris cerasus est, magnitudine excellens, quippe, quæ ad uiginti quatuor cubita crescat: recta, admodum crassa, ut & bicubitalem ambitum est radice compleat. Folium mespili, sed admodum durum, latiusque, ut est longinquo arbor colore sit manifesta: corticis leuitate, colore, crassitudineque tiliæ similis: quapropter cunas ex eo conficiunt, sicut etiam est corticibus tiliæ. Hic neque recto meatu ascendit, neque gyro pariter obducit, sed mucronatim ambit, ab inferius sursum uersus se, ad minusque contrahens, quemadmodum foliorum descriptio. Cumque desquamatur, hoc eodem modo de

do decorticatur, alioquin præscinditur, nec pars aliqua eodem filo detrahi potest. Quin & per crassitudinem prætenuis modo folij scinditur, reliquumq; durare, arborēque tueri potest, simili modo ambiendo: reliquo autem cortice ablato, humor tunc quoque defluit: & cum externa tunica tantum detracta sit, reliqua pituitaceo quodam humore nigrescit, rursusque anno secundo, alia, uice illius subnascitur, uerum tenuior. Materies in neruo cortici suo simili, se in anfractum conuoluenti. Virgæ quoque eodem modo ilico enascuntur. Ramis crescentibus euenit, ut alij deorsum assidue pereant, alij sursum uersus increfant: omnino arbor minus ramosa est, sed multo enodior, quam populus: radice multiplici perquam
 10 summa, sed non crassa innititur, & conuolutio eadem radice, & corticis radicem regentis est: flos candidus, piro ex mespilo proximus, ex paruulis floribus constans, forma fauaceus: fructus rubet, figura lous flammæ persimilis, magnitudine fabæ, uerum lous flammæ nucleus durus, ceraso autem mollis: nascitur ubi
 20 tilia, in plenum, ubi amnes, & rigua. Sambucus quoque iuxta aquam potissimum, locisq; umbrosis emicat, cæterum & in minus eiusmodi solo nasci non recusat: est fruticosa uirgis: quæ anniculæ, donec folia decidant, in longitudinem crescunt, tum in crassitudinem se distendunt: uirgis excelsio non nimis magna, sed sena maxime cubita: caudici crassitudo modo galeæ: cortex leuis, tenuis, spissus: materies fungosa, & siccata, leuis, medulla præmolli constans, ut uirgæ totæ con
 30 cauentur: quamobrem ex his baculos faciunt præleues. Siccata ualida est, & inoffensa aquis, etiam disquamata si sit: disquamatur sua sponte, cum exaruerit. Radices per summam cespitum non multas, nec grandes agit: folium, quod particulatim exeat, molle, atque oblongum, sicut lauro latifoliæ, uerum maius, latius, rotundiusq; de medio, subtusque: extremo in acutum compressius, ambitu serratum, totum autem circa unum pediculum, crassum, neruosumque, tanquam
 40 ramulus constat: & foliorum alia hinc, alia inde geniculatim, coniugatimq; adherent, ac inter sese spacio distant, unumque exit in cacumen: subruffa admodum folia, fungosaque sunt: defluit id totum simul, & hinc unum folium totum esse ratione putaueris. Rami quoque nouelli quædam ad geniculorum speciem habent: flos candidus è minutis permultis candidis constans, specie faui super fissuras pediculi. Redolet lirim, grauius enim: fructum uero non secus singulo pediculo crasso annexum, racematum profert. Hic maturescens nigrescit, immaturus ompha
 50 ceus est: magnitudine eruo paulò maior: humore, aspectu uinaceus, & interna uisu fessamacea continet. Salix quoque aquatica, & multigena est. Nam alia nigra dicta, quod cortice nigro, aut puniceo tegatur: alia candida, quod candido: uirgas pulchriores, & ad texendum commodiores nigra profert, candida spissiores. Est tam nigræ, quam candidæ genus quoddam paruum, & incremento in excelsum orbatum, sicut uel in cæteris arboribus idem intelligi potest, ut in cedro, & palma. Hoc Arcades non salicem, sed hellicam uocant, existimantq; (ut retulimus) fructum foecundum eam parere.

Ulni genera quot sint. De populo, alno, betula, colytea. Cap. XIII



Vnt & ulmi genera duo, alterum montiulmus, alterum ulmus uocitatum: interest, quod ulmus fruticosior est, montiulmus auctior: folium indiuiduum, leuiter circumserratum, oblongius quam piro, scabrum, non leue. Præstat hæc arbor, & amplitudine, & altitudine: non crebra circa Idam, sed rara prouenit: amat rigua: materies flaua, robusta, neruata, deformis: quippe tota cor est. Vtuntur ea, uel ad lautiores fores: & uiridis cæsu facilis, sicca difficilis est: sterilis denique putatur, gummam in
 d 4

peciolis gignit, & animalia quaedam culicea, & amenta peculiaria gerit. Autumno multa, minuta, nigra: ceteris uero temporibus quid ferat, minus animaduersum est. Populus alba, nigraque, uniformes habentur: corpore ambæ erecto, sed excelsior, leuiorque nigra: figura foliorum similis, & lignum cum ceditur, albedine simile est: utraque ne florem quidem habere existimant. Alpina, populo albæ non ab similibus est, cum magnitudine, tum uero quod ramis albicantibus spargitur: folio ederae, sed parte altera sine angulo, altera oblongo, inque angulum exeunte acutum: colore parte resupinata, pronaque ferme simili: pediculo prolixo, tenuique annexo, quamobrem non erecto, sed inflexo: cortice asperiori, quam populus alba, scabrioreque, ut pinus syluestris. Alnus quoque sterilis, & unigena est natura, corpore recto, ligno molli, medullaque molli, ut uirgæ graciliores totæ concuuentur: folio piri, nisi quod ampliori, neruosioreque: cortice scabro, ruffoque intus, qua de causa coria tingit: radice summa, nec maiore quam laurus: nascitur in aquosis, alio nullo pacto. Betula folio caryæ dictæ conditur, præterque quod paulo angustiori, cortice autem uersicolore, & materie leui, non nisi ad baculos utili. Colytea folio salici uicina est, ramosa, foliosaque, in totum ampla: fructum in siliqua sicuti legumina gignit, eaque lata, non angusta: semen inclusum paruum, non magnum: durum modice, non nimis, nec abunde pro magnitudine sua fructificat. Sed quæ fructum in siliquis ferant, rara inuentur: quippe inter arbores, pauca huiusmodi habentur.

De nuce auellana, terebintho, buxo, cratægo.

Cap. XV

20

Nux auellana (etenim hæc quoque natura syluestris est) quoniam syluestris, nullo, aut non multo deterius, quam urbana, fructificet: & hyemes quacumque perpetui possit, montibusque magna ex parte proueniat, & quidem fecundissima tempora ubertate. Ad hæc quod non caudicosa, sed fruticosa, uirgis sine alis enodibus, uerum breuibus, crassisque nonnullis assurgit. Ceterum & mansuescere potest: differt tamen, quod fructum meliorem, foliumque amplius habeat: circunferatū folium ambabus, similitudinem alno, sed latius: atque arbor ipsa amplior, fecundior assidue redditur, uirgis præcisiss. Ambæ bino genere constant, quaedam enim rotundam, quaedam oblongam nucem largiuntur. Sed urbanarum fructus candidior est, locis aquosis potissimo fructificat melius. Syluestres translatae mansuescunt, corticem summum habent tenuem, pinguem, maculis albidis, peculiariter uariatum. Materies admodum lenta, ut prægraciles uirgæ, desquamate, crasse, derasa renouentur. Habent medullam tenuem, flauam, qua concuuant: peculiare his iulus callo compactus, ut retulimus. Terebinthorum alia mascula, alia foemina: mascula sterilis est, ob id sexui maris adoptatur: foeminarum, alia fructum protinus ruffum promit magnitudine lentis, qui concoqui nequit: alia uiridem editum, ruffum postmodum tingit, & cum uite maturescens nigrum nouissimo facit, magnitudine fabæ, resinofum, & sulfurosum. Circa Idam & Macedoniam breuis, fruticosa, contortaque nascitur: at apud Damascum Syriae, magna, copiosa, decoraque: montem enim quendam terebinthis refertum, ut nil aliud habeat, referunt. Materies ei lenta, radices ualidae in profundo, atque in totum incorrupta hæc arbor habetur: flos oleæ, uerum colore ruffo: folia circa unum pediculum, pleraque specie laurinarum coniugatim quemadmodum sorbo, quodque parte postrema acuminet, impar exit: uerum minus angulata, quam sorbo, ambituque laurino similia, & pingua cum uniuerso fructu. Fert & ad nucis similitudinem quaedam concua, ut ulmus: quibus bestiole, tanquam culices innascuntur. Fit in his resinofum quid, lentumque, sed resina tamē non hinc legitur, sed à ligno: fructus resinæ copiam non mittit, sed manibus tantum adheret: & si non lauetur, postquam collectus est, inter se coherescit: cum uero lauatur, candidus, præbecque maturus supnat, niger subsidit. Buxus magnitudine non excellit, folio myrto

myrto similis, nascitur locis algentibus atq; asperis. Quippe Cytora talis est, qua plurima prouenit. Olympus quoq; macedonicus, frigidus est: nam & in eo gignitur, quanquam non magna: maxima autem, pulcherrimaq; in Cyrena est. Pro cera em crassitudineq; ceteris longe praestantior, ideo uel insuaue est buxum olens. Crataegus, quam alij cratægonem uocant, folio mespilæ promisso scilicet est, uerum maiori, latiori, oblongiori, nec serrato, quemadmodum illa sit. Hæc nec admodum magna, neq; crassa. Materies ei uersicolor, ualida, flaua: cortex leuis, mespilo similis: radix singularis, acta in profundum. Magna ex parte fructus rotundus, qui mature scens siccatur, nigrescitq; gustu, & succo, mespilaceus: quapropter ueluti syluestris mespilus apparuerit: est specie simplex, & sine ullo discrimine.

ilicem præter glandem, granum quoddam ferre puniceum: necnon uiscum habere, & hyphear, atq; ideo quaternos habere fructus. De Smilace, phellodry. Item phellodrys, atq; ilicis fructum uocari acylum, Roboris uero glandem. Dein de arbuto, potulaca, pruno, ac subere. Cap. XVI

Ilex folio roboris est, uerum minori, aculeatoq;: cortice leuiori, quam robor. Arbor ipsa magna assurgit, modo roboris, si locū, solumq; adipsiscatur idoneum: materies spissa, robustaq;: radix alta admodum atq; multiplex: fructus glandosus, sed glans ipsa pusilla est: ueterem nouus occupat, nam serò maturescit, quamobrem bifera hæc à nonnullis existimata est. Fert præter glandem, granum quoddam puniceum, & uiscum, atq; hyphear habet. Quapropter ut fructus quaternos habeat nonnunq; contingit, binos proprios, binosq; alienos, uisci scilicet atq; hyphearis: fert à septentrione uiscum, à meridie hyphear. Smilacem Arcades uocant arborem ilici similem, folio tamen non aculeato, sed molliori, profundiori, differentijsq; pluribus distinguendum: nec materie, ut illa, solida spissaq;: sed soluta, molliq; in opere: quod phellodryn idē Arcades nuncupant. Natura huiusmodi est: simplici quidem ratione inter ilicem, & robor hanc esse putaueris: & quidam foeminam ilicem esse putarunt, ideoq; ubi ilex nō prouenit, hac ad plaustra, similiaq; utuntur opera, ut Lacedæmonij, & Elij. Dores quidem uel agrestem eam appellant: est mollior, ac solutior ilice, durior ac spissior quercu, colore ligni decorticati, candidior ilice, fuluor quercu, folio similis ambabus: uerum maiori, quam ilex, minori, quam quercus: & fructum pro magnitudine minorem, quam ilex habet: maiorem, q̄ quercus. Fructum ilicis, huiusq;, nonnulli acylum uocāt, roboris autem glandem: est & medulla manifestior, quam ilex. Phellodrys natura huiusmodi est. Arbutus, quæ pomum cibo idoneum ferat magnitudine non nimium præstat: corticem tenuem tamarici similem habet, foliū inter ilicem & laurum: floret mense Iulio: flores singulari appendice parte postrema racemati coherent, specie quisq; myrto oblongo similis, & magnitudine tantus, non foliatus, concauus tanquam ouum exalptum ore aperto: cum autem defloruerit, retinaculum perforatur: quodq; defloruerit, tenue, sicut uerticillis circa fufum, uel carnius doricus extare apparet. Fructus anno integro maturescit, ut simul hunc haberi, atq; alterum flore sponderi contingat. Potulaca quoq; folio arbuto similis est, magnitudine non nimium præstans, cortice albo circunrumpi solito, fructum arbuto similem parit. Prunus his folio similis, corpore parua. Peculiare in hac, fructum lanugine pappo dicta, perire: id enim de nulla alia arbore accepimus. Hæc regionibus, locisq; pluribus assignantur communia. Quædam uero propria locis certis redduntur, ut suber arbor Pyrrheni familiaris, caudicosa, parumq; ramigera, admodum tamen procera, auctuq; insignis, ligno robusta, cortice unice crasso, dirumpiq; solito, quemadmodum piceæ, uerum fragmentis grandioribus: folio fra-

xini, crasso, oblongiori, nō perpetuo, sed deciduo: fructum glandosum assidue fert, aquifoliæ similem: detrahunt corticem, uniuersumq; diuidendū censent: alioquin arborem deteriore effici uolunt: rursus uero intra triennium repletur.

De colutea, colyteaq; & lauru alexandrina, ficoq;, & uiti: deq; ea uite, quam uocant phalacras: quotq; rhamnorum genera. Item de æquo, & paliuro.

Cap. XVII



Olutea quoq; Liparæ propria traditur, arbor magnitudine præstans, fructū in siliqua ferens, magnitudine lentis, qui oues mirū in modum pinguefacit. Nascitur semine, & simo præcipue ouillo. Tempus serenū di, cum Arcturus occidit: serendū semine præmadefacto, cum iam in aqua pullulare inceperit. Habet foliū non absimile scænogræco: germi-
 nat primo unicaulis, triennio maxime: quo quidem tempore baculos decidunt: tunc enim præstantiores esse uidentur: & si ita quis decurtauerit, mox arbor emori-
 etur, haud enim latere plantigera constat: spargitur deinde in ramos, quartoq; an-
 no arborefcit. Arbor circa Idam proueniens, quam colyteam uocant, genus aliud est fruticosum, ramosum, alosum, inuentu rarum, nō crebrum: folio laurino, lauri, latifoliæ, sed rotundiori, ampliori q;, ut uel ulmeo simile appareat, oblongius tamen: colore parte altera herbido, tergo autem albido, neruosoq;: tum ibidem neruulis prætenuibus fibrisq;, tum inter eas propagines, quæ de medio callo, in costarū spe-
 ciem adducuntur: cortice non leui, sed quasi uitis uestitur: ligno duro, spissoq; con-
 stat: radices per summa graciles, atq; solutas gerit, sed uibratas, flauasq; maiorem in modum: fructu, flore q; carere putatur. Amentum autē, surculum, gemmasq; circa folia, admodum leues, pingues, candidasq;, facie amentacea fundit: præcisā, uel igne deusta, ab imis subnascitur, atq; resurgit. Illa quoq; propria esse circa Idam feruntur, laurus alexandrina cognominata, & ficus quædā, uitisq;. Lauri proprietas, quod fructū super folia gignit, quemadmodū myrtus syluestris: quippe fructū ambæ super dorsum folij ferunt. Ficus fruticosa est, nec excelsa, sed crassa, ut uel cubitali ambitu sit, ligno contorto, lento, inferius leui, nulloq; ramo superius, gyro comato, colore tam folij, quàm corticis liuido, figura folijs tiliaë similis: mollia quoq;, lataq; sunt, magnitudine similia: flos mespili, & cum mespilo floret: fructus, quem ficum appellant, ruffus, magnitudine oliuæ, sed rotundior, gustu mespilaceus: crassas radices agit, ut ficus urbana, lentasq;: nunq; hæc putret, & cor solidū, non mollem medullam continet. Vitis nascitur ea parte Idæ, quā uocant Phalacras: est fruticosa, uirgis paruulis, & ramulis cubitalibus penè exporrigitur: quibus acini laterales nigri adherent, magnitudine fabæ, dulces, qui lignū uinacei modo intus continent: foliū rotundum, indiuiduum, paruū q;. Cæteris quoq; montibus propria quædā natura dederat, alijs arbores, alijs frutices, alijs reliquæ materiæ aliquid. Sed proprietatē singulis locis inesse, dictum sapius est: discrimen autē quod in prædictis unigenis, tam arboribus, quàm fruticibus præcipitur, in reliquis quoq; plurimis pari modo, ut exposuimus, intelligi potest. Exempli gratia: in rhamno, paliuro, æquo, oëto, fluida, edera, rubo, multisq; alijs. Rhamnorum enim, alia nigra, alia candida, fructusq; diuersus, ambæ uero aculeigeræ: æquorum quoq; alia candida, alia nigra: & flos, fructusq; utriq; pro ratione discriminis, alius candidus, alius niger: nonnulli etiam medij quodammodo sunt, quibus flos in purpuram candicans, nec enim fuluus, nec exalbidus est: folia quoque tenuiora, leuioraq; candida, ut uirgæ, similiter graciles, & leues. Paliurus quoque differentias nonnullas habet: omnes autem fructiferae sunt. Et paliurus quidem in siliqua fert, in qua terna, aut quaterna semina gignit, quibus medici contra tussim contusis utuntur: habent enim lentitiā quandam, atq; pin-

guedinem, ut semen lini. Nascitur locis dilutis, & aridis, sicut rubus: sed non minus diluta quarit: folijs deciduis est, non perpetuis, quemadmodum rhamnus.

Rubi genera quot: ac de canirubo, fluidarumq; generibus, & medicamento osseo, quod fluida dicitur. Item de edera, smilace: deq; arbore appellata Euanimo. Cap. XVIII

Rubi genera plura, sed maximo inter se discrimine distant: quod quaedam erecta excelsaq; quaedam propè à terra, protinusq; deorsum uergens: cumq; se terræ coniunxerit, radicans rursus, quæ humirubum quidam appellant. Canirubus autem fructum subrutulum parit, malo punico similem: est inter fruticem, atque arborem punicæ, non absimilis folio amerinæ. Fluidarum, aliam masculam, aliam foeminam dicunt, quod alia sterilis, alia fructifera sit: nec uirgas longas gerit, neq; crassas: folium ulmeo simile, nisi quod parum oblongius, densumq; aliquantulum: ramulorum nouellorum folia paribus internodijs coniugatim condita adhærent, & planè è lateribus ordo uersus conspicitur. Inficiunt his coriarij alba coria. Flos candidus, racematim enascens. Hic ubi defluxit, fructus cum labrusca rubescit: fiuntq; ceu lentes tenues congestæ: figura his quoq; in modum uuæ. Medicamentum fluida dictum, osseum in his continetur: radix per summa, & simplex, ut facile auelli possit radicitus: lignum sine medulla, & casum quoq; in corruptum perdurat. Nascitur omnibus locis, sed in argilaceis potissimo præstat. Edera quoq; multigena est: quaedam enim humi repens, quaedam se in excelsum attollens. Et excelsarum genera plura, sed trina summa patescunt, candida, nigra, tertiæq; clauicula. Horum item species plures: quippe alia fructu tantum candida, alia etiam folijs: rursus fructum tantum candidum ferentium, alia maiusculum, densum, & uelut in globum circumactum fructum profert, quæ corymbiam quidam uocarunt. Athenienses acharnicam riguam eam appellant. Alia minorem, sparsiolemq; modò nigre. Habet nigra differentias, sed non hunc in modum conspicuas. Sed clauicula differentijs maximis discernitur, etenim folijs plurimum distat, cum paruitate, tum quod angulata, concinnioraq; sint, cum edera rotundiora, simplicioraq; habeat. Distant etiam internodiorum longitudine, atq; etiam sterilitate, quoniam fructum quaedam non ferant: quod non in ederam transfigurent, ut quidam uolunt: at uero si omnes ederescant, ut alijs placet, ætatis certe, dispositio nisq; nō generis erit discrimen: quemadmodum piri ad pirastrum. Tamen eius quoq; folium multum ab edera distat, uerum id rarum, & in paucis euenit, ut uetustate permuetetur, ceu in populo alba, & crotone. Ergo clauiculæ plura genera: sed quæ conspectiora, summaq; occurrant, tria sunt: herbacea, ac uirens, quæ plurima est: secunda candida: tertia uersicolor, quam thraciam quidam appellant. Et harum quæq; distare uidetur: quippe herbacæ quaedam folio tenuiori, oblongiori, atq; etiam densiori: quaedam minus hæc omnia habens: & in uersicoloris genere, alia folio ampliori, alia minori, macularumq; habitu diuersa: pari modo & magnitudine, coloreq; distant. Auctu perfacilis herbacea, inq; plurimum uenit: manifestam, quæ ederescat affirmant, nō tantum folijs, quæ maiora, latioraq; habet, uerum etiã germinibus: protinus enim erecta gerit, non inflexa gracilitate, & longitudine. Herbacea uero crassiora, breuioraq;: ac edera, ut semen proferre incepit, germen sublime, rectumq; edit. Est quidē uniuersa edera radice numerosa, dēsa, flexuosa, surculosa, crassa, nec nimis alta, sed præcipue nigra, & inter candidas, quæ asperrima, immitissimaq; habetur: quãobrem eius amplexus arbores omnes infestat, omnes enim necat & exiccat, ablato alimēto. Crassatur hæc maiorē in modum, atq; arborefcit in tantum, ut per se ipsa ederæ arbor fiat. Attamen ex maiore parte semper super aliud uitam degere solet,

atq; (ut ita dixerim) amplexicaulis est, ita pro sua natura, utel quiddam eiusmodi illico gerit. Nam e germinibus radículas assidue inter folia mittit, quibus arboribus, murisq; obrepit, quasi de industria à natura exhibitis: atq; ita humorem auferens, exhauriensq; arefacit: & si inferius succidatur, nihilominus uiuere durareq; potest. Habet uel aliud discrimen non mediocre in fructu: nam alius dulcis, alius uehementer amarus, tam in candida, quam in nigra: indicium, quod alium aues mandunt, alium minime attingunt. Edera ita se habet. Smilax, id est, edera cilicia, amplexicaulis ipsa quoq; assurgit: fructus aculeatus, & uelut præhorridus. Folium ederae parum, sine angulo, iuxta pediculi retinaculum humectum: peculiare, quod mediū illum callum, qui instar spinæ animantium secat, prætenuem habet, & interualla 10 staminea, non ex eo porrecta, ut cætera, sed circa eum in orbem circumacta, ab annexu pediculi ducit, ad caulem uero foliorū internodia consummantem: uillus ab eisdem pediculis, atq; folia tenuis, seq; conuoluens dependet. Flos candidus, suauiter olens, uerno proueniens tempore: fructus proximus herbæ solano atq; melothro, & maxime uuæ labruscæ uocitata: racemi pensiles ut ederae sunt, uerum ad labruscam potius accedunt: nam de eodem puncto pediculi acinorum exeunt. Colore fructus rutilus est: nucleos in uniuersum quidem binos continet, quanq; grandior ternos, & paruulus unum. Nucleus durus admodum est, & colore forinsecus niger. Peculiare racemis, quod per latera caulium sepiunt: postremoq; caulis, racemus omnium maximus propendet, sicut in rhamno, & rubo: unde fit, ut extremo 20 fructifera, latere large fructifera ista spectetur. Arbor Euonymus dicta, nascitur cū alibi, tum in Lesbo insula, monte Orcynio, cui nomen Ordyno: magnitudine mæli punice, atq; folio eiusdem maiori, quam Vincaperuinca: & molli, ut punica. Germinare mense Septembri incipit, floret in uere: flos colore albæ uiolæ similis, odore infestus, uelut cruorem inferens: fructus cum putamine siliquæ sesame proximus, intus solidus, præterq; quod in uersus diuiditur quaternos: hic pecus enecat gustatus: quinetiam folium idem facit, & potissimo capras, nisi purgentur, interimit. Purgantur autem anocho. Et de arboribus quidem, atque fruticibus dictum iam est: reliqua de cætero indicandum.

HISTORIAE PLANTARVM LIBRI
TERTII FINIS.

33

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLAN
TARVM LIBER QVARTVS.

Quibus locis quæque arbores gaudeant.

Cap. I



LXPOSITAE superius sunt differentia unigenorum: omnia 49 uero suis locis meliora proueniunt, magisq; uigent: nec syluestribus loca propria desunt, sed singula sibi accommodata sortuntur, quemadmodū urbana. Quædam enim aquosa, & palustria adamant, ut populus, ut salix: deniq; omnia, quæ secus fluuios nasci solent: quædam ædita quærunt, atq; aprica: alia potius umbrosa. Pinastrum enim pulcherrimū, amplissimumq; apricis emigrat, umbrosis autem nasci omnino nequit: contrà abies umbrosis pulcherrima, apricis haud similis sibi assurgit. Itaq; in Arcadia circa Cranam uocatam, loco quodam cōcauo, & silente à uentis, quem nunq; solem attingere aiunt, abietes plurimum